

Nicolaus Schütze    Johann Georg Brimmer

## **Disputatio Iuridica De Senatus Consulto Velleiano**

Rostochii: Pedanus, 1637

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731656903>**

Druck    Freier  Zugang



Kelzjanscher Senatsbeschluss

Freiheitsrecht.

P. U. jur. 1637.

Schütte - Brimmer. 1a



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
SENATUS  
CONSULTO VEL-  
LEIANO

112

QVAM  
AUSPICE CHRISTO

Consensu & approbatione Am-  
plissimæ facultatis Juridicæ in illu-  
stri Rosarum Academia

PRÆSIDE

*VIRO Amplissimo Consulrissimo & Excellentissimo*

Dn, NICOLAO SCHUTTEN,  
J.U.D. & Codic: Prof. Publ.

*Publicæ Ventilationis in Auditorio Majori subicit ad  
diem Martij.*

JOHAN-GEORG BRIMMER, Argentoratensis.



ROSTOCHII,  
Literis Viduæ JOACHIMI PEDANI  
Anno M. DC. XXXVII.

1637.



VIRO  
MAGNIFICO AMPLISSIMO  
& Consultissimo Dn. JOSIÆ Schonern  
Reipub. Argentoratensis Tredecimviro multo rerum  
usu experientissimo, fautori, promotori & cognato  
suo omni observantiæ cultu honorando.



*Hoc exercitium academicum  
Dicæ & Offere*

Author & Respondens.



DISPUTATIO

De Scto Vellejano

THESIS I.

**A**ppellatum est Sctum Vellejanum, à Vellejo Tutore, qui cum Marco Silano de obligationibus foeminarum, quæ pro aliis reæ fierent, verba fecit ut patet *ex l. 2. §. 1. ff. h. r.* quod alio quoque nomine Sctum de intercessionibus mulierum *l. 15. ff. l. 2. C. h. r. l. 40. ff. de Cond. Indeb.* Item amplissimi ordinis Beneficium *l. 10. C. h. r. tum & patrum decretum l. 13. l. 19. C. h. r.* vocatur.

2. Hòc Senatusconsulto. Ne mulieres intercedant pro aliis cavetur & si lapsæ pro aliis intercesserint, auxilium illis adversus intercessionem promittitur *l. 2. §. 1. l. 8. §. pe l. 17. §. fi. ff. h. r.*

3. Id ergò beneficium circumventis & deceptis, non autem decipientibus prodest, cum infirmitas foeminarum non etiam calliditas auxilium meruerit. *l. 2. §. 3. l. 30. ff. h. r. & l. 5. l. 18. C. h. r.*

4. Hisce positis in fronte statim sub manu quasi nascitur quæstio consideratione digna, an mulieris appellatione

A 2

lacione

latione virgo quoque contineatur? Hoc quamvis alii ob suas rationes negare audeant, & mulieris appellatione virgines comprehendi non posse, quam si inter plures uxoratas una aut altera reperta fuerit, statuunt, cum non solum Grammaticis, verum etiam omnibus latina lingua utentibus, & ita quoque Jctis proprium fit, appellatione foeminarum nuptas tantum & corruptas non etiam integras & incorruptas comprehendere: nobis tamen non obstantibus his & aliis rationibus contraria sententia veritati magis consentanea videtur per expressum Ulpiani textum in *l. 13. ff. de V. S.*

5. Sexum enim non sexus qualitatem SCtum ab intressionibus & omnibus muneribus civilibus removet. *l. 2. ff. de R. l. Geed. ad l. 13. ff. de V. S.*

6. Præfectæ tamen ætatis virgo: Cæteræ enim ideo in SCtō mulieris appellatione non continentur, quia ipso Jure ob ætatis imperfectionem, quæ ad contrahendum perse inepta est, pro aliis intercedere nequeunt: Superfluum enim est, illis remedium singulare quærere, quæ ipso jure communi tutæ sunt *l. 59. ff. de Ob. ad Ad. l. 41. ff. de cond. Ind. l. 7. §. fin. de restit. in integr. l. 14. §. 2. ff. quod met. can. ff. l. 5. ff. de dol. mal.*

7. Circa *l. 2. §. 1.* Ubi SCti habentur, verba, porro ne in excussum id ipsum materiã hanc tractandam nobis difficiliorem faciat, num pro vocabulo *mutuodationes* juxta multorum Dd. sententiam, *mutuationes* legendum; In considerationem trahitur: Hoc, cum temere leges corrigendæ non sint, negandum arbitror.

3. Non

8. Non idcirco quod mutuidationes pertinere ad creditores, mutuaciones verò ad debitores, perhibent commniter, verum esse Censeo: præter multas namque alias sola *l. 27. ff. de Reb. Cre.* ubi civitas mutuudatione obligatur, quæ tamen mutuum non dedit. & ita, nec creditrix est, sed mutuum accepit, debitorisque vice fungitur, reclamatur.

9. Antequam autem progrediamur, quid intercedere sit consequenter dispiciendum! Est autem intercedere nihil aliud quam pro alio fidem suam, interponere, obligationemve alienam, suscipere *l. 2. §. 5. l. 8. §. 1. ff. de l. fæminis l. 1. C. eod.*

10. Si igitur mulier propriam obligationem contrahat & Principaliter ipsa debetrix fiat S*C*i beneficio non gaudet *l. 2. C. l. 27. §. 2. ff. h. t.*

11. Idque in tantum procedit, ut etiam si mulier tanquam in usus suos pecuniam accipiens alii creditura sit, idem Juris maneat *l. 11. ff. h. t.* Si tamen pecuniam dans bona fide personam mulieris in contrahendo secutus est ejusque intentionem ignoravit; Ceterum si non ignoravit S*C*i exceptione non immerito submovetur. *l. 4. in Princ. l. 19. §. 5. l. 27. in Princ. ff. h. t.*

12. An autem *l. si fenebris* 13. *C. h. t.* distinctum, hocce Juris adsertum evertat in discursu publico *ovv Jec* examinabimus.

13. Notandum tamen non sufficere mulierem intercessisse, ut S*C*to locus esse possit, sed insuper requiri, mulieris conditionem ex obligatione illa deterioram factam esse, alias enim si fidem interpôsuerit & ac-



ceptum in ejus usum verum sit, non competit, exceptio,  
quia non est pauperior facta l. 21, h. t.

14. Hinc si pro Creditore suo se alii obliget, vel  
ab eò se veterem obligationem mutando aut debito-  
rem suum delegari patiatur l. 2. C. l. 24. in princ. ff. h. t.  
aut si ancilla ob pactionem libertatis ex promissore da-  
to post manumissionem id ipsum suscipiat, quod ex pro-  
missor debet; aut si hereditatem emat & æs alienum he-  
reditarium in se transcribat, aut si pro fidejussore suo  
intercedat l. 13. in princ. ff. Eodem. Vel si accepta pecunia,  
uteam, dantis creditori solvat vel expromittat interve-  
niat l. 22. ff. d. t. vel si fidem suam pro debitrice, quam vi-  
ro delegavit, ut creditori ejus pecuniam solveret, in-  
terponat l. 27. §. 2. h. t. sive etiam emtorem hereditatis à se  
venditæ aut fidejussorem suum defendat l. 3. ff. h. t. & si-  
milibus S Cti locus esse non potest.

15. Hisce namque casibus, etsi prima facie, alicui  
nam, revera tamen & in effectu sudam suscipere obli-  
gationem haud dubiè creditur l. 13. in princ. ff. h. t.

16. Ideo illis quoque casibus cum quod ipsa ges-  
sit alium ratum habiturum spondet l. 15. ff. d. t. aut quan-  
do cautionem indemnitate suo fidejussori præstat  
hoc S Cti beneficio munita non est; Quis enim extra o-  
mnem dubitationis aleam positum esse, mulierem non  
intercessisse, sed proprium suum gessisse negotium, in-  
ficiabitur.

17. Verum illud si mulier promisit indemnitate  
debitorum hereditariarum, & ex alia obligationis causa,  
quæ intercessionis speciem non habet, conveniatur,  
num hoc quoque in casu beneficium S Cti illæsum ha-  
beat,

beat, non satis expediti Juris est. Quod licet prima-  
facie affirmandum videatur, quia non pro suis sed alienis  
debitis se obligavit: re tamen penitius introspecta  
moti ista ratione, quod utilis obligationis pars per inu-  
tilem viciari non possit *l. 17. in fin. ff. h. t. l. 48. in Princ. ff.*  
*de fidejussor. in contrariam sententiam imus.*

18. Ut vero quando intercedere mulier credatur  
evidentius fiat, Sciendum non tantum si fidejubendo  
se obliget *l. 2. §. 1. ff. h. t. l. 48. in princ. ff. de fidejussor.* Sed & si  
ab initio ream pro alio pecuniam accipiente se consti-  
tuendo, vel obligationem contractam post in se trans-  
ferendo vel participando expromittat *l. 8. §. 8. & 14. ff.*  
*l. 1. l. 4. l. si mulier 16. l. 19. C. h. t. intercessisse videri.*

19. Ex promittere est alterius alicujus ob id non  
obligati aut liberati obligationem in se derivare *d. l. 8. §.*  
*8. & l. 12. in princ. ff. h. t. l. 7. §. 8. ibique Cujac. ff. de dol. mal.*

20. Non minus quoque si se pro alio soluturam  
constituat *l. 1. §. ait Prætor. 1. ff. de pecun. Constit. aut man-*  
*dando periculum rei familiaris, alterius causa subeat l. 6.*  
*l. 7. ff. h. t. foemina intercessisse præsumitur.*

21. Porro & cum pro alio pecuniam mutuam ac-  
cipit *l. 17. §. 2. ff. h. t. aut res suas jure pignoris supponit*  
*l. 8. in princ. ff. l. 5. l. 7. C. h. t. Vel vendendo transfert l. 5. l. fin.*  
*§. 2. l. 17. §. 1. ff. h. t. talibusque modis aliis intercedendi foe-*  
*mina munere fungitur.*

22. Tunc autem intercedere non videtur, si libe-  
ralitatem donando vel pro debitore alterius solvendo  
exerceat: Senatus enim mulieri intercedenti & obligatæ  
non vero donanti & non obligatæ succurrere voluit,  
cum

cum facilius mulier se obliget quam donet. *l.4. §.1. l.21. in  
fin. ff. l.9. C. h. r.*

23. Nihil autem interest, pecuniam solvendi causâ numeret; an quamlibet suam rem in solutum det; Nam etsi vendiderit rem suam, & vel precium acceptum pro alio solverit, aut emptorem creditori alieno vel alium debitorem suum quasi donatura delegaverit, Vellejannm cessare jure statuitur *l.5. l.19. in fin. ff. h. r.*

24. Successivè jam pro quibus intercedere foemina possit & num sit restrictum SCtum ad certas personas dispiciendum. Ego omni dubio SCtum adeo generaliter factum, ut indistinctè de omnibus personis explicandum sit carere dubito; adeo ut prohibeatur intercedere, vel pro patre vel pro filio. *l.2. §. fi. ff. 8.9. C. h. r.* Imo pro marito, *d. l.2. §. fi.* nisi expressè probetur, quod pecuniæ in mulieris utilitatem expensæ sint, *aut b. si qua mulier. C. h. r.* aut vivat illis in locis, in quibus habet communionem bonorum cum marito, tunc enim si quid accepit cum marito, præsumitur in suam rem vertere, aut saltem vertere debuisse, qua vehementi præsumptione munitus creditor, potest utiliter credere, inique vero eum mulier decipere non debet. *Got h. in no. lit. o. ad di. Aut. si qua.*

25. Similiter quoque si in liberali causâ pro certis personis in casu necessitatis interveniat admittitur *l.3. §. 2. ff. de liber. caus.*

26. Visis ita personis tam quæ intercedere quam pro quibus intercessiones fieri prohibeantur; Iis item, quæ pro intercessione ex SCto habeantur vel non habeantur satis pro instituti ratione cognitis; Nunc ordinis ratio, ut quomodo & quâ formâ foeminis succurratur e. tuamus, imperat. 27. Id

27. Id cum non parum apud Dd. controversum  
reperiatur, Firma nobis principio si formam in l. 23. §.  
fin. C. h. r. præscriptam exacte feminæ non custodiant, i-  
pso jure sine SCti imploratione non obligari, Regula  
esto.

28. Istius autem legis beneficium etsi Dd. ad ca-  
sus in quibus exceptio non dabatur mulieribus exten-  
dere conantur, id tamen frustra fieri Bach. h. r. th. 2. lit. B.  
probat: cum non putandum sit istam fuisse Justiniani  
mentem, ut succurreret mulieribus, quas SCtum & in-  
terpretes JCti hoc beneficio indignas judicaverant,  
sed ut disputationem de hac re redderet expeditiorem  
in iis casibus, quibus de jure olim intercessionis dubita-  
batur, ut in distinctè excluderet & præcideret actiones  
creditorum, si extra formam præscriptam mulieres in-  
tercessisse proponerentur.

29. Pari modo si substantiam suam aut seipsam pro  
marito obligatam faciat uxor sive semel sive multoties  
sive privatum sive publicum debitum sit, nullatenus  
hujusmodi tenet obligatio. Nov. 134. c. 8.

30. Quod si ipso jure per intercessionem mulieris  
contracta obligatio sit, Triplici ipsimet remedio SCto  
succurri Constitutum invenitur.

31. Primum *Exceptio* est tum, cum nondum à mu-  
liere solutio facta est competens l. 16. l. 18. C. l. 17. in fin. ff. h. r.

32. At quomodo mulieribus exceptio dari potest,  
cum totus SCti sermo ad petitionem non dandam ad-  
versus ipsam mulierem spectet l. ult. §. 3. ff. h. r. Et ut ex-  
ceptio locum habere possit, necessario præsupponenda  
est actio hac enim non subsistente, frustra de exceptio-  
ne laboratur. l. 2. de Excep. Verum distinctione nodus

B

ille

ille facilime solvi potest: aut enim constat mulierem se obligasse pro alio, extra eos casus in quibus beneficium SCti cessat, & tunc actio denegatur, quocasu mulier quoque non poterit exceptione uti, cum ex ceptio præsupponat actionem, quæ hic non reperitur: aut adhuc dubitatur, utrum pro se ipsa vel pro alio se obligarit, & tunc datur quidem actio in mulierem sed mulieri conceditur exceptio SCti, qua probata non tenetur. *Don. lib. 12. c. 30. arg. nam postea ff. de lueri.* Alias hujus rei conciliationes. Collatio nobis supeditabit.

33. Hæc autem Exceptio siue tantum conventa, siue jam condemnata mulier sit, ipsi adhuc proderit. *tamen si u. ibique D.D. ff. ad SCtum Maced.*

34. Secundum *Replicatio* est, quæ quando locum habeat *ex l. uxor 17. §. 1. & l. fin. §. uem si mulier. 2. ff. h. t.* manifestum redditur.

35. Tertium *Conditio* est, quæ mulieritum conceditur cum contra SCtum obligata pecuniam solvit vel debitorem suum delegavit; Hac enim ad pecuniæ solutæ vel obligationis cessæ restitutionem uti poterit *l. 9. C. l. 8. §. 3. l. 24. §. 3. ff. h. t. l. 40. de condit. in deb.*

36. Ita succurri mulieribus certum est, sed proderit ne SCtum Vell. mulieribus pro aliis se obligantibus etiam tum si pater filiæ consenserit? Imo: censante enim demum ratione, cessat quoque juris dispositio, quæ hic fixa & firma manet, cum hoc SCtum solum in favorem mulierum introductum sit, ut illis opem ferat quæ propter sexus imbecillitatem multis captionibus suppositæ sunt. *l. 1. l. 2. §. 3. ff. h. t.* Cur ergo hoc beneficium patris consensus illis adimere debeat non video. *Trent. hic. ab. 3.*

37. Præ-

37. Prædicta autem mulieribus competens exceptio perpetua est & peremptoria *l. 10. ff. h. t. l. 40. ff. de cond. Indeh.* & non modo contra primo institutam, verum etiam, uti supra dictum, iudicati actionem, licet in priori iudicio fuerit omissa, opponi potest *l. 11. ff. de S Cro Maced.*

38. Sed cum hæc exceptio sit perpetua & peremptoria non immeritò dubitari potest, cur illa ante litis contestationem opponi soleat, cum lite demum contestata regulariter illas opponere fas sit *l. exceptionem C. de probati l. 8. l. 12. C. de Excep.* non enim sunt de iudicio non constituen-do, ut exceptiones dilatoriæ, sed de iudicio jam constituto finiendo, quæ quoque rem ipsam de qua agitur feriunt. *Cuj. li. Ob. 18. c. 34.* Verum, exceptas esse quasdam peremptorias privilegiatas, quæ ante litem contestatam instar dilatoriarum ad impediendum litis ingressum proponuntur sciendum *Wes. in π. n. 10. de Excep.* sub quarum numero hanc nostram quoque exceptionem peremptoriam comprehendere non dubitamus.

39. Rei quoque cohæret hæc exceptio *l. 1. §. 1. ff. de Excep.* ideoq; ad heredes transit *l. 10. ff. l. 7. 14. C. h. t.* & ita quidem, ut heredes, res mulieris defunctæ, etiam consentiente illa pro debito mariti proprio scienti creditori (res sc. esse mulieris) obligatas & ab eo postmodum distractas & venditas nullo refuso precio vindicare possint. *d. l. 7. l. 11. C. de dist. pign.* nec enim inutili alienatione dominium transfertur, aut emptori qui scivit rem esse alienam precium restituatur.

40. Non solum autem mulieribus, sed illarum quoque fidejussoribus succurritur *l. 16. §. 1. ff. l. 14. 15. C. h. t.* non modo quod regressum si aliquid ab illis exigeretur adversus mulierem haberent, sed quia totâ obligationem S C tum improbat, *l. 16. §. fi. ff. h. t.*

41. Di-

41. Dicitur fidejussoribus; An etiam illis, qui pro defensore absentis filii, mandato mulieris intercesserunt. Hoc distinctione adhibita affirmatur: aut enim qui accepit eos fidejussores, scivit ex mandato matris illos intervenire, aut ignoravit, si prius exceptione S<sup>C</sup>ti se defendere possunt, si posterius replicatione doli, exceptio S<sup>C</sup>ti Vellej, repellatur. *l. 6. ff. h. t.*

42. Verum doli replicatione posita & ita S<sup>C</sup>ti exceptione explosâ, An fidejussores regressum aduersus mulierem habeant convenienter quaeritur? Sed quia mandati causa per S<sup>C</sup>tum efficitur penitus irrita, merito respondetur, quod non: facti enim ignoracionem praetendere nullo modo possunt. *l. 7. ff. h. t.* ne tamen plane damno afficiantur, habebunt actionem negotiorum gestorum aduersus defensorem *d. l.*

43. Ex supra positis omnibus satis superque apparet, hoc S<sup>C</sup>tum eò solummodo tendere ut mulieribus deceptis, ne per obligationem, ad quam valde pronae sunt, pauperiores fiant, & maximum rei familiaris detrimentum, propter sexus imbecillitatem illas perpetuo comitatur succurrat: at dum mulieribus, earumque fidejussoribus, coeterisque qui fidem mulierum secuti pro aliis interveniunt S<sup>C</sup>tum opem fert, Anne maxima iniuria creditores, qui aliis pecuniam desiderantibus sub fide mulierum mutuam dant afficiat? Justa hic ratio perpenditur; non puto; licet enim id ad quod ex intercessione obligata esset mulier, obstante semper exceptione S<sup>C</sup>ti ab ijs exigere non possit, tamen creditoribus vetus actio aduersus pristinum debitorem, aut in eum, qui constituit mulierem ream cum magis ille quam creditor mulierem deceperit restituitur *l. 1. §. fin. l. 24. §. 2. h. t.*

44. Quod

44. Quod si sub Conditione vel in diem mulier intercesserit, Conditione vel die pendente actio restitutoria deneganda non est; Quod enim relevare nequit frustra expectatur *l. 13. §. fin. ff. h. r.*

45. Non solum autem in veterem debitorem sed & in fidejussorem ejus actionem restitui æquitas exigit; Cum enim mulieris personam S C t u m creditori subtrahat, pristina causa integra restituenda est *l. 14. ff. h. r.*

46. Idem juris in Patrefamilias & Domino quoad Filium & servum esse ex *l. 9. & l. fin. §. 5. ff. h. r.* constat.

47. Sed quomodo restitui poterit actio adversus pristinum debitorem, si forsitan non sit solvendo, cum tunc propter inopiam debitoris nullam actionem videatur habere is cui propter inopiam adversarii inanis actio est *l. 6. ff. de dol. mal.* Opitulabitur ne adhuc S C t u m mulieribus vel permittetur auditori rem suam petere à muliere vel iis qui pro muliere intercesserunt, ne in damno sit. Licet non nullis posterior sententia arrideat, nos tamen priorem amplectimur, & non competere adversus mulierem censemus.

48. Pro diversitate verò obligationum aliter atque aliter creditoribus succuritur: receperunt enim mulieres aut veterem aut novam obligationem, veterem participando vel novando; priori casu subducta mulieris persona ope exceptionis, actio semper salva manet creditori, idque si sub conditione intercesserit mulier, non cogitur ut prædictum conditionis eventum creditor expectare, sed statim pristina actione pulsare poterit principalem debitorem, est enim mista causa, ut omnimodo ipse debeat istam actionem suscipere *l. 13. in fi. ff. h. r.* Posteriori casu, novatione facta, ut si mulier ex promi-



ferit pro aliquo. *l. 2. §. ul. ff. h. t.* irrita actione adversus mulierem, vetus actio quæ fuit creditori restituitur in veterem debitorem *l. 8. §. 1. ff. h. t.* etiam si creditor post intercessionem accepto tulerit mulieri inanem enim actionem dimisit *l. quamvis §. Marcellus. ff. h. t.* neque cessat petitio restituendæ actionis, quamvis creditor hæres mulieri exstiterit.

49. Sed quid dicendum si mulier veteri debitori successit; actione restitutoria conveniri ne poterit, & puto conveniri posse non tantum restitutoria verum etiam directæ *d. l. 8. §. 13. ff. h. t.* nihil enim interest directæ an utili conveniatur actione, præsertim cum judicia hodie omnia sint extraordinaria, & utraque actio ejusdem potestatis, eundemque habeat effectum *l. actio 47. ff. de negot. gest.*

50. Novam, si alius mutuam esset accepturus pecuniam & interposita sit mulier quæ acciperet, & ab initio se ream constitueret, hoc enim casu mulieri quoque succurritur: & magis instituitur quam restituitur obligatio adversus illum qui jussit mulierem pecuniam mutuare, ita ut eodem genere obligationis obligaretur, quo mulier esset obligata. *l. quamvis 8. §. 14. ff. h. t.*

51. Superest ut denique contraria, quæ nullo modo ut mulieribus subveniatur, permittunt sed cessare SCTū faciunt eruamus.

52. Primo itaque SCTum quiescit si mulier lucro accepto fidejusserit, sive sine scriptura sive per scripturam id fecisset *l. 25. C. h. t.* modo tamen si per scripturam fidem interponit, in ipso intercessionis instrumento fateatur, se lucro accepto ad intercessionem venisse, illudq; instrumentum publice confectum & à tribus testibus quo-

quoque consignatum sit: alias si sine scriptura intercessit, vel instrumento non hoc modo confectio, omnem probationem derivat in creditorem, ita ut si non probationibus sufficientibus demonstrare poterit, mulierem precium accepisse, illa absolvitur, creditori vero actio pristina servetur,

53. Cum lucri vel precii hic mentio iniiciatur, non operam perdere videor, si aliquid de quantitate illius subjungo; Quidam enim putant quantitatem precii summæ pro qua intercessit exæquari debere, alias foeminae facillime pecuniola aliqua allici & remedio defraudari possent: quidam illam arbitrio iudicis relinquendam esse statuunt, quorum opinioni nos quoque subscripsi sumus; In casibus enim ubi non est modus, locus aut tempus definitum, semper cognitio iudici permittitur. *l. 135. §. 2. ff. de V. O.*

54. Si dotem secundo pro femina nubente constituerit aut pro dotis promissore fidem suam interposuerit *l. 12. l. ult. C. b. r.* Multa enim specialia propter favorem dotium introducta esse leges passim docent, nam foeminas absq; dote non facile virum invenire posse patet *V. l. 1. ff. solut. matrimon.* Et quæ vis sit & efficacia divitiarum, non monia solum poetarum verum quotidiana quoq; experientia clare evincunt.

55. Tertio Si post biennium elapsum denuo fidejusserit; Sibi enim tunc imputare debet, si quod evitare poterat, non evitavit, sed ultro firmam obligationem reddidit: tunc etenim non amplius videtur pro aliena obligatione se obligare, sed ex hujusmodi  
tem-

temporis prolixitate pro sua causa aliquid agere. *l. 22. C. h. t.* Quarto. Si mulier in iudicio renuntiet beneficio SCti Vellej, non etiam si extrajudicium, eadem enim est levitas renunciationis quæ intercessionis, quamvis beneficij certior facta sit, nullas enim alius certiorationis est finis, quam scientia.

56. Quarto SCto non adjuvatur si pro servo manumittendo intercesserit fœmina *l. pen. C. h. t.* Id enim libertatis favor efficit arg. *§. fin. Inst. de donat.*

57. Quinto tandem si tutelam suorum liberorum suscipiens Vellejani SCti beneficio rennnciaverit *l. ult. C. quand. mul. tut. off. fung. Nov. 94. c. 2. & Nov. 118. c. 5.* In multis namque pupillis, in quibus majoribus non subvenitur, succurri notorium est.

58. Hoc, quod necessariam renunciationem importat *Dd. ad l. fin. ff. h. etfi expediti juris sit*, Non tamen, an idem in voluntariâ renuntiatione in ceteris quoque casibus obtineat, dubio caret. Nos indistincte mulierem (si tamen de beneficio suo prius certiorata sit SCto renunciantem efficaciter intercedere. concludimus *l. 20. C. h. t. §. 10. l. fin. §. pen. l. 31. ff. h. t. Gail. 2. obs. 77. n. 1. 2. & 3.*

59. Quod si jurata renunciatio sit certiorationem non requiri contextus & rationes allegatas statuit *Gail. prad. loc. n. 10. & seqq.*

F I N I S.





quoque consignatum sit: alias si fit, vel instrumento non hoc modo probationem derivat in creditore, probationibus sufficientibus demonstrationem precium accepisse, illa absolvi etio pristina servetur,

53. Cum lucri vel precii hic operam perdere videor, si aliquid subjungo; Quidam enim putant summæ pro qua intercessit exæquiminæ facillime pecuniola aliqua fraudari possent: quidam illam aliquamquam esse statuunt, quorum opus subscripserunt; In casibus erudus, locus aut tempus definitum, si cipi permittitur. *l. 135. §. 2. ff. de V. O.*

54. Si dotem secundo proferuerit aut pro dotis promissore fiduciarit *l. 32. l. ult. C. h. r.* Multa enim specia dotium introducta esse leges passim minas absq; dote non facile virum *V. l. 1. ff. solut. matrimon.* Et quæ vis finium, non monita solum poetarum quoq; experientia clare evincunt.

55. Tertio Si post biennium decesserit; Sibi enim tunc imputavitare poterat, non evitavit, sed unionem reddidit: tunc etenim non pro aliena obligatione se obligar

the scale towards document



interces-  
omnem  
non pro-  
t, mulie-  
vero a-  
atur, non  
ate illius  
m precii  
alias foe-  
edio de-  
cis relin-  
quoque  
est mo-  
itio judi-  
te consti-  
erposue-  
favorem  
nam foe-  
osse patet  
a divitia-  
otidiana  
lenuo fi-  
quode-  
n ot liga-  
videtur  
ajusmodi  
tem-